

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius breviloquus

Reuchlin, Johannes

[Köln], 1487

In presenti libro continentur

[urn:nbn:de:bsz:31-299351](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299351)

Modus legendi in hoc libro?

Sunt qui sibi iam plurima comparare volumina statuerunt. a quibus profecto lectorem sepius dictionum auertit ignorantia. fastiditque animus legentis. cum orationis vocabula minus intelligat. Itaque ne libri quandoque nobilissimi fastidio lectoris arca recondita rodatur tineis. ac presumantur ceteris ligni termetibus. iste omnium utilissimus liber vocabularius. cui nomen est Breuiloquus Colonic acri studio electus. et emendata nitidaque littera impressus est. ut facile possit quisque omnium aurore lectorum illuc tanquam ad apollinem delphicum. id est ad quoddam interpretis oraculum recurrere. ubi et vocabula tam theologie vniuersae. quam iuris vtriusque. ceterarumque facultatum non sine lucidis expositionibus reperiat. Nec eius in orthographia obseruationem tradiderim silentio. Habet enim tot in se orthographiae. id est recte scribendi rationis conatus atque studia. ut nesciam si possit ipsius diligentia saltem aliqua pecunia pariter equiparari. Comperiet studiosus lector iam dudum latentem diphthongoꝝ artem. que debeat syllaba vel per ae. vel per oe. conscribi. quid per i. vel p. y. quid aspiratione vel sine ea. Denique quo sit accentu quodque vocabulum enunciandum. quod si cunctas velim etiam eruditiones utilissimas hic exprimit. neque membrana sufficit neque dies. Sane sciendum pro lectoris cuiusque in hunc librum introductione. quod sunt quedam vel noue posita vel abbreviata. In quibus autem dictionibus debeant diphthongi collocari. videbitur infra. tum in arte Suarini Veronensis litteratissimi viri. tum in exercitatione. hoc est in huius breuiloqui vocabularii assidua lectione. Ibi enim in practica inuenies. quod grammatici in speculatione percipiunt. Item ubi pe. cor. asperis. penultima correpta cito valere. ge. pro. penultima producta antepe. antepenultima. me. cor. media correpta. me. pro. media producta. Item ubi m. s. masculini generis. secunde declinationis. vel maf. ge. masculini generis. Itaque. f. p. feminini generis. prime declinationis. Item neu. ge. neutri generis. Item quando habetur. p. t. datur intelligi. quod nomen sit communis generis. tercie declinationis. Item. p. p. communis generis prime declinationis. et. In verbis quoque. a. p. actiui generis. p. me. coniugationis. a. s. actiui generis secunde coniugationis. a. q. actiui generis. quarte coniugationis. d. p. deponentis generis. p. me. coniugationis. et sic de alijs.

In presenti libro continentur.
Itaque ars diphthongoꝝdi Suarini Veronensis
Itaque compendiosus dialogus de arte punctandi.
Item tractatus vetus de accentu.
Item Breuiloquus vocabularius.